

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Observationes Criticæ In Aliqvot Veteris Foederis Loca**

**Milow, Johann Nikolaus**

**Kilonii, [MDCCCLXV?]**

**VD18 11840323**

Domini Pauli Petrowitz.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-15744**

# PAULI PETROWITZ

*Cæsareæ Coronæ Heredis, in Throno Successoris, Ruthenorum omnium Magni  
Ducis, itemque Heredis Norvagiæ, Supremi Docis Slesvici, Ducis Holsatiae,  
Stormarie & Dithmarsie, Comitis Oldenburgi & Delmenhorsti, rel. Quem  
Deus amet! nuper mihi tradita est, habere in animo constitui. Per-  
manebo Commilitones in his, in quibus haetenus versatus fui, in do-  
cendis nimirum linguis Orientalibus & in explicando Codice sacro,  
cum, quod ad priscum fœdus attinet, tum vero etiam, quod ad no-  
vum. Vobis, scio, nihil gratius posse accidere; & ego mihi persuadeo,  
vix eo quicquam magis in rem vestram esse futurum. Nam sine ac-  
curata harum linguarum cognitione, & quæ arctissime cum illa con-  
juncta est, arte exacte interpretandi, in universa vestra Disciplina cer-  
te sane atque indubitate sciri nihil fere poterit; & quod vobis sit hic  
ab Interpretibus exspectandum, ex his, quæ antea dicta sunt, spon-  
te (spero) intelligetis. Agite itaque & hoc hyberno semestri  
PUBLICÉ Coranum interpretari, ibi, ubi nuper substitimus, pergamus.  
PRIVATIM vobis ante meridiem h. 11-12. in Genesin; post meridiem  
vero h. 4--5. in Mattheum commentari animus est. Initium Lectio-  
num, ut in syllabo est, d. 21 Octobr. fiet. Jubeat Deus ter optimus  
maximus, ut & hi novi conatus & in sui nominis honorem & in eccl-  
esiæ commodum bene atque feliciter eveniant. Faxit vero & idem  
Numen Supremum, ut & Academia nostra in illo, quod modo ingres-  
sa est, sæculo, non majora solum incrementa capiat, sed paulatim etiam  
in pristinam suam dignitatem reducatur restituaturque.*

## C O R R I G E N D A.

p. 4. post verba *quæritur enim* hæc inserenda sunt: *Quæritur enim,*  
*quorsum illa יְהוָה* referenda sint? Si cum antecedentibus  
*(sedens in sella)* ea connectas; objicio: quod ita non *יְהוָה* sed  
*יְהוָה הַדָּבָר* legi debeat, deinde vero quoque hebrææ aures ad  
*verbū מִצְפָּה* certissime aliquid desiderabunt. Sin contra ea  
*cum consequenti הַמִּצְפָּה* conjungere malis, *quæritur an etiam &c.*

